



Nr. 20.

# מִלְאָךְ הַמּוֹתָה

DISSERTATIO PHILOLOGICO - HERMENEVTICA

*D E*

# ANGELO MORTIS

EX MENTE

EBRAEORVM AC MUHAMMEDANORVM  
AD QVAEDAM SCRIPTVRAE LOCA VEL ILLVSTRANDA  
VEL VINDICANDA  
PRAECIPVE EXOD. XII, 23. PROV. XVI, 14. EBR. II,  
14. TOB. III, 8. APOC. IX, 11.  
VARIIS OBSERVATIONIBVS ILLVSTRATA

Q V A M

PRAESIDE

# ERNESTO FRIDERICO NEVBAVERO

ORDINIS PHILOSOPHORVM IN REGIA FRIDERICIANA  
ADHVC ADVNCTO

IAM VOCATO ANTIQUITATVM LITTERATVRAE GRAECAE  
ET LINGVARVM ORIENTALIVM IN ACADEMIA GIES.  
SENSI PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO

*ae.*

AD D. SEPTEMBRIS

VOLENTE DEO

PUBLICO DOCTORVM EXAMINI SVBIICIET


# SAMUEL GERLACH

POTSDAMIENSIS

SACRARVM LITTERARVM CVLTOR

HALAE MAGDEBURGICAE A. O. R. CIOCC XXXII.

TYPIS IO. CHRISTIANI HENDELII ACAD. TYPOGR.





CAPVT I.  
DE  
ANGELO MORTIS EX MENTE IV-  
DAEORVM AC MVHAMMEDANORVM  
GENERATIM.

Σύνοψις.

- I GENERATIM de angelis  
philologica traduntur  
1 de voce Χελωνί cuius  
a) deriuatio, §. I.  
b) circumscriptio, §. II.  
2 de graeca voce, §. III.  
3 nomina hæc generalia, omni-  
bus spiritibus completis con-  
uenientia esse, indicatur, §. IV.  
4 definitio realis, §. V.  
II SPECIA TIM de angelo  
mortis, quæ doctrina  
I ex mente ebraeorum,  
a) historice traditur, vbi  
α) nomina, §. VI. cum caus-  
ia denominationis, §. VII.  
β) qualitas mala, §. VIII.  
γ) ordo, §. IX.  
δ) numerus, §. X.  
ε) officia, §. XI.  
ζ) locus, vbi degant, §. XII.  
η) forma terribilis, §. XIII.  
θ) principes duo, de quibus  
N generatim agitur, §. XIV.  
Ι speciatim de Sammael,  
cuius considerantur  
aa) principatus, super  
αα) mortem, §. XV.  
ββ) reliquos diabulos,  
§. XVI.  
bb) nominis Sammael si-  
gnificatio ac deriuatio,  
§. XVII.

A 2

cc)

- cc) alia nomina, vt  
   αα) Aschmedai, §. XVIII  
   ββ) Duma, §. XIIX.  
   γγ) Azazel, §. XX.  
   δδ) supersticio circa eum iudaica, §. XXI.  
   εε) fabulae,  
     Ν generatim de angelo mortis, §. XXII.  
   Ϛ speciatim de Sammaele, §. XXIII.  
   Ϛ dijudicatur, quum ostenduntur  
   Ϛ contradictiones circa eum, §. XXIV.  
   Ϛ an parabolice haec omnia sint intelligenda, disquiritur. §. XXV.  
   Ϛ quid veri falsius contineat haec doctrina, ostendit  
     tur §. XXVI.  
   2 ex mente Muhammedanorum, vbi  
     a) generatim monetur; eos hanc fabellam, vt alias, a iudeis accepisse, §. XXVII.  
     b) speciatim, vbi ex corano ostenditur  
       α) angelus mortis, §. XXVIII.  
       β) fustigatio eius sepulcralis, §. XXIX.  
   3 an christiani quidam simile quid statuant, inquiritur,  
   a) aerbiopes, quorum sententia rectius exponitur §. XXX.  
   b) ex doctoribus priuatibus Orogenes, aut quisquis libri sic auctor, angelum mortis statuit, §. XXXI.

## §. L

**V**T ne consuetum disputantium morem temere videamus negligere, prius adhuc, quam ad ipsius angeli mortis tractationem nos accingamus, pauca de voce מילאָן *angeli*, ex philologia sacra proferre visum fuit. Significat vero haec vox proprie legatum, nuntium, qui ab alio mittitur, a radice apud Aerbiopes adhuc usitata לְאָן (cum qua conuenit arabicum לְאָן, littera tantum transposita) significante misit: vt iam olim

olim monuere IAC. GOLIVS, *a)* IO. HENR. HOTTINGERVS, *b)* THEODORICVS HACKSPANIVS, *c)* IORVS LVDOLFVS, *d)* IO. FRID. NICOLAI, *e)* EDVARDVS PO-COCKIVS, *f)* LUDOVICVS DE DIEV, *g)* IO. BENED. CARPZOVIVS, *b)* filius, CHRISTOPHORVS CELLA-RIVS, *i)* FRIDEM. BECHMANNVS, *k)* IO. GVIL. BAI-ERVS, *l)* IO. ANDR. EISENMENGERVS, *m)* CASP. NEVMANNVS, *n)* IO. ABR. KROMAYERVS, *o)* IO. IO-ACH. SCHROEDERVS, *p)* venerabilis noster IO. HENR.

A 3

MI-

- a)* lexico arab. col. 143. MVTHO, Ienae, 1656. cap. II. §. 2.  
*b)* smegmate orient. cap. V. p. 88. & cap. VII. p. 164.  
*c)* de nominibus diuinis disp. II. §. 10. in eius disputat. theol. phiol. sylloge, p. 200.  
*d)* lexico aethiopico lat. col. 21.  
*e)* hodogerico orientalibarmonico, p. 393.  
*f)* adpendice notarum miscellanea ad portram Mosis, cap. III. p. 35.  
*g)* critica sacra, sive animaduersoribus in loca quaedam difficultiora ver. & noui test. ad Gen. XL. VIII. 16. & Mal. III. 1.  
*b)* diatribe phiol. de arca foederis, praeside IO. FRISCH-
- MVTHO, Ienae, 1656. cap. II. §. 2.  
*i)* sciagraphia phiol. sa-  
crae, part. I. §. 29. p. 16.  
*k)* adnotatt. vberior. in  
comp. theolog. LEONH. HVTTE-  
RI, loco V. qu. 1. §. 1. p. 130.  
*l)* compend. theolog. posit.  
part. I. cap. III. §. 2. n. a. pag.  
250.  
*m)* entdeckt. iudentb. part.  
II. cap. VII. p. 370.  
*n)* genesi linguae sancte.  
cap. I. §. 31. p. 11.  
*o)* de usu linguae arab. lib.  
II. cap. I. p. 82.  
*p)* diff. phiol. de vulpibus  
Simsonis, Marburgi, 1723.  
§. 29.

MICHAELIS, q) & nuper admodum cel. CHRISTIANVS  
LVDOV. SCHLICHTERVS. r) Hanc deriuationem qui  
nesciuerunt, dici non potest, quantopere fuerint alucinati.  
Sic IO. FORSTERVS s) מֶלֶךְ (<sup>וְ</sup> מלך) deriuat ab חַלֵּךְ (<sup>וְ</sup> חלך), sed  
in radice dari posse radicem לָאֵךְ (<sup>וְ</sup> لاך) confitetur, quamuis  
eam reuera dari ignorauerit. Magis ridicula est originatio  
a מֶלֶךְ (<sup>וְ</sup> מלך) quid tibi? quid noui aduers? deducta. Ebraeos  
hoc nomen a מֶלֶךְ (<sup>וְ</sup> מלך) functione, opere, repetere, auctor est  
ANTONIVS GRELLOTVS. r) Nec, quod mireris, hac in  
re sibi constat laudatus HACKSPANIVS, v) siquidem alibi  
de vocis מֶלֶךְ (<sup>וְ</sup> מלך) radice ambigi dicit. Eodem modo, qui  
ex significatione litterarum hieroglyphica vocem מֶלֶךְ (<sup>וְ</sup> מלך) de-  
ducere voluerunt, rem infelicer videntur tentasse. Sic  
IO. GVIL. ZIEROLDVS, x) vir de re sacra ac litteraria non  
vno nomine meritus, hoc nomen ita explicat: מֶלֶךְ (<sup>וְ</sup> מלך) der  
gesandte, der sich וְmannigfaltig וְhervor tubr, und נְ frey  
sich berunter kehret, נְ zu dem er gesands ist.

## §. II.

Ebraei vocem שִׁלְחוֹ (<sup>וְ</sup> מלך) explicare solent per nun-  
tium, missum. Hinc dicunt: הנשלה קרוּ מֶלֶךְ (<sup>וְ</sup> מלך) nuntrius  
dici-

q) de angelo Dei differtat.  
philoL. Halae 1702 habita, re-  
cusaque 1724. §. 2.

r) decimis sacris, obseru.  
XLVII. §. 4. p. 475.

s) dictionario ebr.

t) prodromo in D. Ioan.  
apoc. ad cap. II, 20. p. 26.

v) notarum philol. theol.  
in varia & difficilia scripturae  
loca, part. I. p. 287.

x) בָּאֵר חִיטָּב deutli-  
chen erklaerung der heiligen  
schrift, XIII vostellung, pag.

לפי שהס dicitur mal'ach, eosque ita dictos voluntъ) שלייח השם בחגוגת העולם quoniam sint legati Dei in administratione mundi. Eodem modo R. MOSES MAIMONIDES<sup>z)</sup> ait: מלאך שליח וכל שעשה מצוה חיה mal'ach significat legatum, & quisquis mandatum facit, est angelus. Hinc Chaldaicae paraphrases, quae targumim vocantur, nunc retinent מלאך הרגומיטים nunc vertunt ש. Angelus metatron a R. BECHAI a) vocatur שלייח מטטרון.

## §. III.

De voce graeca pariterque *latina angelus* nihil habeo dicere, nisi quod eam FRANCISCVS REDI, Italus, a Persico *angari* deriuare voluerit, ut obseruavit ZACH. GRAPPIVS. b) Vel tiro graecarum litterarum sciuerit, ἀπὸ τοῦ ἄγγελου, a muniendo, eam descendere. De voce graeca aliisque huc pertinentibus lege abundantissimum IO. CASP. SVICERVM. \*

## §. IV.

Quamuis varia sint diuersaque angelorum nomina; ebraeum illud tamen, perinde ut graecum, merito omnibus commune habetur. Indicare hoc vult ebraeorum doctissimus,

y) Teste THEODORICO HACKSPANIO *disp. de angelorum daemonumque nominibus*, §. 20. p. 244. in *disp. theol. philol. sylloge*.

z) in מורה נבוכין part. II. cap. VI.

a) in החרות fol. 113. col. 3.

b) *theol. recens controuer- sa contin. cap. III. qu. I. pag.*

64 fq.

\* *thesauro eccl. tom. I. col. 30 sqq.*

mus, R. MOSES MAIMONIDES, c) quando scribit *mal'ac'bim est nomen omnibus angelis commune*. Aliter tamen non numquam statuunt, ut quum celebrem illam distinctionem, quae *cabbalistis* cum primis adridet, tories totiesque crepant, decem esse ordines, sive choros angelorum, eosque his nominibus insignitos *חיוֹת animalia*, (quae & *היוֹת הַקָּדְשָׁה animalia sanctitatis vocant,) אֲרָאִים Arelim, (alii Erelim, vel Orelim legunt) virtute ac fortitudine pollentes, *חַשְׁמָלִים* Chaschmalim, flamas ignitas, alia animalia loquentia ac corpore ignito vestita intelligent, *שְׂרָפִים Seraphim*, פלאכים plurimos, *כּוֹרְבּוֹנִים filios Dei*, Cherubim, *אֲלֹהִים viros esse*. Apertum est, ebraeos in hac distinctione non generale nomen, omnibus conueniens, sed speciale vnius certi ordinis, constituere. Sed hac distinctione subtiliori non semper vtuntur, multo minus sacra scriptura hoc discrimen tenet. Videantur ex ebraicis R. MOSES MAIMONIDES, d) ex christianis THEODORICVS HACKSPANIUS, e) IOAN. DE LENT, f) b. IO. FRANC.*

BVD-

c) *מעשה מרכבה*, in ditionis GVIL. VORSTII, cuius ad h. l. *notas consule*.  
cap. II. p. 146. in IO. ADAMI SCHERZERI *trifolio orientali*.

d) *מעשה מרכבה* in cap. II. p. 141 - 147. tum in *e) disp. de angelorum dæmonumque nominibus*, §. 4 sqq. in eius *disp. theol. philol. sylloge*, p. 234 sqq.  
f) *de moderna theol. iudaea*, cap. VIII. §. 6. p. 252 sq.

*וסורי הורה הלכות* sive *constitutionibus de fundamen-*  
*tis legis*, cap. II. §. 8. p. 18. e-

BVDDEV<sup>S</sup>, g) theologus summus, & IO. ANDR. EISEN-  
MENGERVS. b)

## §. V.

Denique descriptionem angelorum realem si deside-  
ras, dabit tibi eam MAIMONIDES,<sup>i)</sup> dum **השכלים הנפרדים**, dum **המ מלאכים** *mentes separatas angelos esse* inquit. Indi-  
care vult, angelos esse spiritus meros, seu completos. Sed  
tantum de angelis generatim.

## §. VI.

Accedamus iam ad tractationem, de *angelo mortis* in-  
stituendam. Dici vix potest, quam crebro eius mentionem  
inuiciant ebraei. Nomina, quibus eum insignire solent,  
non viuis generis deprehendo. Communissimum est  
**מלאך המתור** *angelus mortis*, quod per scribendi com-  
pendium non numquam **רשות** efferunt, adnotante IOAN.  
BVXTORFIO, k) patre, chaldaice etiam **מלאך רשות**  
dicitur. Hanc denominationem iudaci ex scripturis sacris  
desumptam censem, & quidem ex prou. XVI, 14. quo de  
loco ex instituto infra cap. III. §. II. dicemus. Praeterea  
ipsum appellant **מלאך החבלה** *angelum excidii, damni,*  
*perditionis*, et si hoc nomen non raro paulo latius pateat, &  
generatim angelum, damno, quacumque id fiat ratione, nos

B adf-

g) *philosoph. ebraeor. §. 45.* part. II. cap. X. ex versione R.  
p. 415 sq. SAMVELIS ABEN TYBRO.

b) *entdecktem iudenthum,* k) *de abbreviaturis ebrai-*  
part. II. cap. VII. p. 374. *cis*, p. m. 138.

i) *טורח נבוכין*

adficientem, significat. Ita eos distinguit IO. A LENT. l) Pro synonymis vero habentur a THEODORICO HACK- SPANIO, m) IO. SAVBERTO, n) filio, ipsoque IO. A LENT. o) Idem dicendum de nomine מזוק carnifex, tor- tor, nec non הרע מלך angelus malus. Adde יצר figmentum malum, c. III. §.III. Denique ipsum & מזוק εξο- χνον vocant Saranam & שטן meshesha' מלךangelum imperfectorem, qui Exod. XII, 23. alibique occurrit. De nomine Sammael, Aschmedai, Azazel vide §.XVII. XVIII.XX. §. VII.

*Caussam denominationis iudei in eo ponunt, quod terrorem mortis, animam praeципue agentibus, incutiat.* Condiscimus hoc ex loco quodam talmudico p) כוֹן שׁוֹלֵה רְוַתֵּחַ מָרוּעַ וְפָרָהָה פִּינָּה quando illum (angelum mortis) aeger conspicit, contremiscit & aperit os; quemadmodum etiam diabolus Job, XVIII, 14. מלך rex terrorum, ut quidam interpres q) putant, vocatur, quem aliij, inter quos etiam D A V. MILLIVS r) est, de

- l) de moderna theol. iudai- ZERIS EDZARDI editione  
ea, cap. VIII. §. 8. p. 255. p. 163.  
m) disp. cit. §. 43. p. 257. q) Veluti R. SAL. ISAA-  
n) disp. I. de adorazione CIDES, SEB. SCHMIDIUS  
angelorum, §. 9. in eius palae- & ven. IO. HENR. MICHAELIS notis überioribus in li-  
stra theol. phiol. p. 44. brum Iobi, ad h. l. p. 240 sq.  
o) l. c. §. 4. p. 248. r) dissertat. selectar. VI. de  
p) in gemora Babylon. Baalzebub & Mipblezet, §. 13.  
תְּבַדֵּל עֲבוֹדָה זָרָה cap. I. fol. 20. col. 2. vel in GEORGII ELIE- p. 188.

de morte id intellectum volunt. Sic Pluto, quem pagani diabolum credebant, a laudato MILLIO EX פְּלִי terruit, tremuit, ibidem deducitur, γ in θ, ut saepe alias, communitato. Quomodo & diabolicum illud idolum מַפְלָצָה 1 Reg. XV, 13. ab illa radice descendit. s) Deinde eum ita dici iudei perhibent, quod de malis, utimur R. MENASSE BEN ISRAEL, t) verbis, supplicia sumunt & ad fiducia inquirunt in hominum peccata, nec non, quod, ut paullo ante dicit, sunt ministri & exequatores diuinae irae ac iustitiae. Vel maxime haec ratio hic pertinet, quod mortem temporalem tum primus in mundum induxit, tum hodieque hominibus adferat. Sic, citante 10. BXV TОРFIO, v) dicunt iudei, quod סָמָאֵל גָּדוֹן מַוְתָּה לְכָל עַלְמָתָה Sammael (angelus mortis) coussam mortis roti mundo praebuerit. Recte addideris, hoc fieri, quod praeterea spirituali aeternaquaer morte, ceu veneno, infecerit terrarum orbem. Denique ex mente iudeorum addendum, ipsum moris angelum hoc nomine notatum esse, quod etiam homines a morte custodiat vitamque commodam & optatam largiatur. Vide dicenda §. XI.

## §. VIII.

Angeli huius qualitatem, siue, sitne bonus, an malus,

B 2

ex

s) Vide iterum doctissimum DAV. MILLIVM l. c. §. percellere, veteres crediderunt.

14. 15. p. 189 sqq. qui ob hunc significatum Hecaten XXII.

innui putat, quam, immisisis spectris, terrere homines ac rabbini. col. 1495.

מַזְיק ex dictis facile clarere putauerim. Quum eum saepe carnificem, laesorem, מְלָאֵךְ רָע angelum malum, חֲרַשׁ improbum illum, immo ipsum Satanam, ut c. III. §. III. dictum, vocent: quid queso clarius, quam ipsum, ex mente iudeorum, malum esse angelum?

## §. IX.

Tamen si de angelo mortis, ceu uno, saepe loquuntur iudei; integrum tamen eorum ordinem constituunt. R. MENASSE BEN ISRAEL <sup>x)</sup> tertium, quem constituit, angelorum gradum, spiritalibus sublunaribus adsignat, qui sunt ministri & exsequatores diuinae irae & iustitiae, sive angelis mortis & damni. Huius ordinis angeli rursus dividuntur a quibusdam in 10. רָוחֵן שְׂדֵין וּלְילִין obseruante. SAVBERTO. <sup>y)</sup> Hinc saepe ordinis huius mentio fit. Sic alicubi <sup>z)</sup> regioni geenae מְלָאֵךְ הַבָּלֶן coetus angelorum carnificum adscribitur. Nam Sammael cum multis aliis angelis a Deo defecit, eamque obcausam ab eo e coelo deiectus. Habet hoc R. ELIEZER: <sup>a)</sup> וְהַפְלֵל אֶת סְמָאֵל וְאֶת הַכְּצֵן שְׁלֹם מִמְקָומֵם קְרוּשָׁתָן מִן praecipirauit (Deus) Sammaelem & copias eius e coelo, loco illorum sancto. §. X.

<sup>x)</sup> loco indic. confer 10. AN. SAVBERTVM diff. I. de adoracione angelor. §. 9. quae exstat in eius palaestra theol. philol. p. 44. & 10. A LENT de moderna theol. iudaica, loco VIII. §. 9. p. 258.

<sup>y)</sup> L. c. hancque diuisio-

<sup>z)</sup> in libro mystico יְסֻוד שִׁירִים in libellum Ruth scripto.

<sup>a)</sup> בָּרוּךְ ר' אליעזר in cap. XIV.

## §. X.

Facile hinc patet, admodum ingentem angelorum mortis numerum esse debere. Non enim tantum saepe pluviali numero videntes מלאכי מְוִתָּה angelos mortis, item שטנים מזיקין מלאכי חבלה angelos damni, nec non faranas & carnifices dicunt; verum etiam paullo curiosius nugienduli iudei eosdem determinant, non aliter, ac si eos suis lustrassent oculis. Audiamus de numero quamdam fabellam: b) כשרור תק' ב' הוּא אֶל הַמְּצֻרִים עַל הַיּוֹם יָרֹדו עֲמוֹן אֶלְף בְּבוֹאֹת מְלָאכִי חַבֵּלה דְּהִינָּה כְּמַסְפֵּה הַמְּצֻרִים שָׁחַבְלָה כָּל מְلָאכִי מְהֻמָּה quando descendit Deus opr. maximus super Aegyptios ad more, descenderunt cum eo XC millia myriadum angelorum excidii, secundum Aegyptiorum numerum, ut singuli singulos perderent. Sic Gabrieli, (quem apellae etiam mortis angelum credunt, vt §. XIV. dicemus,) & Sammaeli, angelo mortis, integri exercitus tribuuntur, vt a R. NATHAN SPIRA, c) וְכָל אֶחָד וְאֶחָד יְשׁוּלָמִים רַבָּה וְכָל חִילָה יְהִי בְּקָרְאַתְּ מְלָאכִי מְוִתָּה utriusque ingentes exercitus sunt, qui omnes exercitus angelorum mortis vocantur. Immo fabulantur, centum octoginta quatuor illorum myriades, in una re occupatas, tolidem Israelitas, pro Mose supplantes, suffocasse: vt refert IA. WINDETUS. d)

B 3

§. XI.

b) Refert eam GILBER- ex editione IO. ALE. FABRICI.  
TUS GAVLIMINVS obserua- c) in טוב חארץ f. 16.  
tionibus ad lib. de vita & mor- col. 3.  
te Moysi, lib. I. cap. XIII. p. 150. d) de vita functorum sta-  
tu,

## §. XI.

Consideremus iam officia & functiones, quae, ex iudeorum mente sententiaque, peragunt angelii mortis. Generatim hoc ipsis datum est munus, ut cunctis mortem hominibus adferant. Ac primum quidem homines a morte custodire & quietam tranquillamque vitam concedere creduntur. Discimus hoc ex Zobar, qui a R. SIMEONE BEN IOACHAI conscriptus fertur, e) vbi ad verba Cob. XII, 15. וַיֹּשֶׁב מְאֹרֵךְ בְּרֻחוֹ וְהַשְׁׁלָחָה לְאָדָם דַי סְמָאֵל וְאָרוֹן שְׁקָט bic est Sammael, qui prorogat quietam ac tranquillam vitam homini. Dein has angelis mortis delatas esse partes credunt, vt piorum animas placide, ceu filium & lacte, educant; impiorum autem, ipsis aduersantium ac resistentium, veluti lanam e carduis, vi euellant: quod R. M. NASSE BEN ISRAEL f) tradit. Hinc etiam angelum mortis

zu, sect. XIII. p. 209, in THOMAE CRENII fasciculo IV abbreuiat. ebr. voce רְשִׁים p. 203 lqq. & in biblioth. rabbinica, p. 69 lqq. & filium tract. de punctorum vocalium & accentuum origine, antiqu. & auctoritate, part. I. cap. V.

e) part. II. fol. 5. col. 2. p. 68 lqq. CHRISTOPH. nostrum CELLARIVM, sciagraphia philol. sacrae, part. I. §. 19. p. 11.  
Hic liber יְהוָה admodum est antiquus, & A. C. centesimo circiter scriptus, cabballisticum commentarium in legem continet. Vide IOAN. BVXTORFIVM, patrem, de

f) in נְשָׁמַת חַיִּים fol. 77. col. 1. 2.

tis Mosen voluisse occidere legimus. Loca haec addere nolo, quod PRAESES<sup>g)</sup> ea alibi in medium produxerit. Peccata quoque & bestias ab angelo mortis interfici putant, vt in talmude<sup>b)</sup> inter alia de vacca dicunt: **שְׁבָקֵת מֶלֶךְ** רַגְנְבָא הַמְוֹרֵת בְּבִיתֵי 'דְגַנְבָּא' הַמְוֹרֵת קִימָטָה eam suisset, vixisset ea in domo furis, ubi glossa addit: **מֶלֶךְ** לְהַטְמָה *angelus mortis* potuit eam occidere etiam in domo eius, qui custodem conduxit. Prae reliquis consideratione nostra dignissima est fustigatio sepulcralis, quam angeli mortis suscipiunt. In eo eam constituunt, quod improbos pro meritis excipiant direque castigent, immo in inferno etiam sint crudeles. Lepide eam describit R. ELIAS LEVITA<sup>i)</sup> hoc modo: כחוב במדרש רבי יצחק בן פרנק שאלו לו: תלמידיו אמרו רבי אליעזר כיוצר דין חבות הקבר אמר להם כיוון שנפטר האדם מן העולם בא מלך המות ווישב על כסרו מיר נכנסת נשמו בנווט ומעמידו על רגלו וכלי אמר רבי יהושע בן לוי בידו שלשלת חייה של ברזל וחצרה של אש ומכח אחיו פעת ראשונה אבריו מתפרקין שנייה עצמותיו מתפרקין ובאים מלאכים ומקבצים אותם ומכח אחיו פעת שלישית ונעשה עפר ואפר ומחזינו לקבונו Relatum legitur in medrasch R. Isa-

<sup>g)</sup> differt. philol. hermet. FOOTVM horis ebr. וְ talm. neut. de corpore Mosis, c. III. §. in acta apost. ep. ad Rom. וְ i 7-9. p. 38. 40 sq. Cor. X, p. 206.

<sup>b)</sup> in השבי<sup>i)</sup> f. in lexico, cui בְּבָא מִצְעָן 36. col. 2. Vide 10. LIGHT- חבות men imposuit, voce

R. Isaaci, filii Parnachi, interrogarunt discipuli R. Eliezerem: qualis est modus fustigationis sepulcralis? respondit, postquam homo ex hoc mundo discessit, venit angelus mortis, atque consider super sepulcro, tum statim anima reddit in corpus eius erigitque id in pedes, cetera. Dixit R. Iosua, filius Levi: Et in manu eius est catena, cuius pars ferrea est, pars ignea, eaque verberat. Primo ita dissoluuntur membra eius, secundo ossa dissipantur, tum angeli veniunt eaque colligunt. Quod si tercias vice percussur, redigitur in cinerem & puluerem, redditque in sepulcrum. Similia habent R. ELIAS DE VIDAS k) & R. MENAS SE BEN ISRAEL, l) super Ezech. XXXII, 27. ראה יאך אמר שעדרין חטאיהם ועונשם תחיה אחר מיתהם ששהקן בניהן על עצמותם ששהקן בניהן ecce! quomodo dicat, (propheta) quod post mortem ipsorum (praeputiorum) etiam peccatum & poena ipsorum ventura sit super ossa sua, si quidem in inferno comminuentur. Hinc species quaedam excommunicationis & anathematis apud iudeos est ששהקןossa eius confringantur in inferno, quae occurrit apud R. ABR. SACHVTH m) & R. ABR. BEN DAVID. n) Legantur de hac iudeorum sententia 10. BVXTORFIUS, o) qui & memorat, eos in precum suarum libel-

k) ראיית ה'ابر חכמו in fol. 45. col. 1. 2.

l) נשמת חים cap. XII. fol. 32. col. 2.

m) ספר יהושע f. 131. col. 2.

n) קבלת ה'בר in fol. 78. col. 1.

o) lexico chald.talm.Trab- bin. voce חבט col. 698. &

in synagoga iud. cap. XXXV. p. 437. & 438. qua ostendit, qui-

bellis orare, ut a **הַכְּבָד** liberentur, EDVARDVS PO-  
COCKIVS, p) IO. ANDR. EISENMENGERVS, q) & cele-  
berrimus hodie Traiecti ad Rhenum philologus, DAVID  
MILLIVS. r) Praeterea quum viam mortis quatuor por-  
tas s) habere perhibeant iudei, singunt, singulis quatuor  
adstant angelos **רְחִמָּנִים** **מִסְרִיכָּרְדָּה**, quibus alii intus la-  
tent & **אֲכֹרִיךְ** **כְּרֻדְלָה** crudeles dicti, opponantur. Pergunt  
narrare, priores illos homines a portarum singularum in-  
gressu serio vehementerque dehortari. Quod si vero eos  
non audiant & ultimam quoque ingredi velint, tum eos in  
haec verba erumpere & clamare monent, *buc usque tantum*  
*Deum poenitentes recipere eorumque condonare peccata.*  
Quod si tamen nulla huius admonitionis ratione habita,  
quartam quoque intrent, tum angelos crudeles hominem  
arripere & animam eius auferre scribunt. Qua de re viden-  
dus b. THEODORICVS HACKSPANIUS. t)

## C

## §. XII.

quinam ab hac poena immu-  
nes habeantur.

p) *adpendice notorum mi-*  
*scellanea ad R. MOSIS MAI-*  
*MONIDIS portam Mosis, cap.*  
VII. p. 241 - 244.

q) in *entdeckten iudentb.*  
part. I. cap. II. p. 72.

r) *dissertat. selectis, num.*  
X. de *Muhammedismo ante*  
*Muhammedem*, §. 50. p. 396  
fqq.

s) Non conuenit hac in re

inter iudeos, aliis eorum  
tres, aliis septem, aliis mul-  
ta millia portarum inferarum  
statuentibus: ut videre licet  
apud IOAN. ANDR. EISEN-  
MENGERVM *entdecktem iu-*

*dentbum*, part. II. cap. VI. p.  
333 sq.

t) *notarum philol. theol.*  
*in varia & difficilia scripturae*  
*loca, part. I. ad Iob. XXXIII,*  
29. p. 859.

## §. XII.

Quod si locum quaeras, in quo, ex iudeorum placitis, degere hi angeli mortis credantur: scias sub luna locum ipsis esse adsignatum. Ita saltim sentit R. MENASSE BEN ISRAEL, v) sublunares spiritus eos propterea vocans. Id quod cum eo conuenire videtur, quod scriptura diabolum dicit τὸν ἀρχόντα τῆς ἐξουσίας τοῦ αἵρετος, Epb. II, 2. & τὸν πνευματικὸν τῆς πνοῆς εἰς τοῖς ἐπουρανίοις, ib. cap. VI, 12. Caussam, cur dominium in aerem diabolis tribuatur, hanc facit cel. CHRISTOPHORVS MART. BVRCHARDVS, x) medicus Rostochiensis, quoniam intermediis subtilissimis fluidis, suas operationes exerceant. Alii hanc addunt, quod in aere libenter commorenentur. Idem iudei clarius profitentur haud raro. Sufficerit R. BECHAI y) excitat, qui ait: פְּנֵי הָרוּעַ כִּי חֶרְבִּים יְשִׁמְחָתִים בְּאֹירֵב בְּגָלְגָלֵי הִסּוּרוֹת notum est, diabolos in tres partes esse diuisib;. Non nulli eorum habitant in gere in sphæris elementorum. Sic de Aza & Azael alicubi dicitur: זָכָר נָחָתוֹ אַהֲגָלִיטוֹ בְּאַיּוֹרָה וְאַהֲבָדִיו כְּבָנֵי נְשָׂא quum descenderunt se aere factique sunt

v) de creatione problem. mana, cap. VII. §. 107. p. 249.  
XXII. conf. IO. SAVBERTVS, filius, diff. on angelii adorant.

di sint ex iudeorum mente, disp. I. §. 9. quae conspicitur in palestra theol. philol. p. 44.

x) meditatt. de anima bu-

רְיוֹאָר עַל תְּחוּתָה y) in libello cabbalistico,

f. 90. col. 1.

z) in libello cabbalistico, chaldaice scripto, מדרש רוחה qui in Zohar Cremonensi existat, p. 184.

*sunt inſtar hominum.* Idem pagani statuere. PLATO <sup>a)</sup> regionem supremam, eamque aetheriam diis, aeriam daemonibus, & infimam hominibus adtribuit. Sic HESIOD <sup>b)</sup> daemones ἦγεα ἐστάμενοι, *aere induti*, appellantur.

## §. XIII.

Formam angelorum mortis admodum terribilem faciunt iudei nugienduli, sine dubio, quod ipsam mortem πάντων τῶν Φαβερὸν Φαβερώτατον statuant. Aiunt <sup>c)</sup> enim, ipsum *scolo* מליין עיניהם *zorot esse oculum*, adeoque ipso Lynceo vel Argo perspicaciorem. Hinc refert R. IVDA : <sup>d)</sup> כשהכלבים רואין מלאך המת הַז בְּכִין *quum canes vident angelum mortis, flent.* Idem est apud R. BECHAI : <sup>e)</sup> כלבים שועקים מלאך רמוות בא לשור כלבים שוחקים אליו בא לעיר magistri nostri, beatae memoriae, aiunt, canes ululare, angelus mortis urbem ingrediente; Elia vera aduentante eos ludere. Sine dubio ob truculentam, quam singunt, formam hoc facere censendi sunt. Praeterea gladio ipsum armatum statuant, ut §. XXII. dicemus. Quod inde sine dubio venit, quia angelus domini Bileamo gladio, vagina vacuo, obsistebat Num. XXII, 22. sqq. nec non quod Dauid hoc habitu eum videbat i Paral. XII, 26. Quae euaginatio pro mi-

C 2 narum

<sup>a)</sup> de legibus lib. IV.

EZERIS EDZARDI editione

<sup>b)</sup> ἔγγ. καὶ ἕπερ. v. 124.

p. 163.

&amp; 221.

סֵפֶר חֲסִידִים num.

<sup>c)</sup> in gemara Babyl. tra-

1145 sq.

tarus cap. I. fol. 20. col. 2. aut in GE. ELI-

e) in f. 74. col. 2.

narum indicio habebatur, iudice G.E. MOEBIO. f) Haud absimile quid apud paganos inuenias, credentes, canes vulnare, metu monstroae Hecates, sive Proserpinae, conspectae, ut animaduertit doctissimus DAVID MILLIUS. g) Ob tremendum illam angeli mortis faciem singunt quoque, morti vicinos, terreri, vnde in talmude h) dicitur: כוּן וְדָרְשׁוּת וְפֹתַח פִּי quando aegrotus illum conspicit, contremiscit & diducit os. Hinc ANTONIVS MARGARITA, i) citante IO. BVXTORFIO, k) patre, scribit, priscos pios rabbinos a Deo petuisse, ne sibi angelus mortis tam borrenda specie in mortis lectulo adpareret, idque a Deo impetrasse: immo illos per sanctum nomen satanam non tantum fascinasse & vinxisse, sed & illi sinistrum oculum eruisse. Haud miror, iudeos eiusmodi terribilem formam adscribere angelo mortis, quum tantum non omnes gentes diabolo ridiculam formam tribuant. Audiendus IO. FABRICIVS, l) abbas quondam regio-Lotharius, de diabolo, Christitentatore, agens, pictores, inquit, potestatem quidlibet audendi sibi vindicantes, caput ei imponunt hircinum, aures adsuunt asininas, brachia barpyiarum vnguis armant, pedes

f) selectis disp. theol. p. 368.

g) dissert. de Baalzebub & Miphlezet, §. 15. quae VI est inter eius dissert. selectas, p. 191.

h) tract. gemar. cit. loco.  
i) tract. de scenopegiis.

k) synagoga iudaica, cap. XXXV. p. 436.

l) disp. theol. qua historia sacra contra non nullos pictorum errores vindicatur, Altorfii primum habita 1684. §. II. postea inserta est eius a moenitatibus theol.

*pedes supponunt caprinos, in locum plantarum substituant iterum vngues rapacis alicuius volucris, tergo caudam appendunt, modo breuiores, modo longiores, & totum corpus vestunt villis hirsutis. Quid multis? adeo dira eum sifunt forma, ut diriores, ne quidem si vellet, induere vix posset ipse diabolus.* Vide & ven. ERN. SAL. CYPRIANVM. m) Ridiculum eiusmodi exemplum exstat apud summum 10-BVM LVDO LFVM, n) desumptum ex libro *Babaila Michael*, qui libri Enochi nomine notus est, quo vero nihil dici ac cogitari potest futilius.

## §. XIV.

Principes, qui angelis mortis praefecti sint, duo stant ebraei. Alterum eorum, qui in terra sancta moriuntur, quem Gabrielem esse garriunt: alterum extra illam terram occubentibus praepositum censem, huncque dicunt Sammaelem. Qua de re audire iuuat R. NATHANEM SPIRAM: o) יש שני מלאכים ממנונים על המתחה (o) אחר מטוניה על מתי חוץ לארץ ושםו סמאל ואחד על מתי ארץ ישראל ושםו גבריאל וכל אחד ואחד יש לו חילופין רבות וכל חילופיו נקראים duo angeli sunt morti praefecti, alter eorum, qui extra terram obeunt, cuius nomen est Sammael, alter in terra Israelite morientium, qui est Gabriel. Utique mulier exercitus sunt, qui omnes exercitus angelorum mortis vocantur.

C 3

tur.

m) selectis programmati- aethiop. lib. III. cap. IV. ad bus, num. VIII. de imagini- num. 34. §. 7. p. 348.

bus angelorum, p. 56 lqq. o) in f. 31. טוב הארץ

n) commentario ad bisfor. col. 4.

tur. In sequentibus dicunt, duos hos angelos dependere ab angelo *Metarron*, cui Deus notum faciat, quot homines quotidie sint morituri.

### §. XV.

Quum Gabriel in scripturis occurrat, ideoque iam notus sit: nos tantum de *Sammaele*, cuius quoque multo crebrius frequentiusque mentionem facere solent, aliquid praecepimus. Vti vero hic loco modo citato vocatur שָׁר הַמְּמוֹנָה עַל הַמִּתְהָמָּה *מלך ממון על המתהם*: sic dici eum alias memini *principem praefectum moribundis*.

### §. XVI.

Etiam diabolis omnibus, ceu princeps, praepositus dicitur Sammael. Sic alicubi p) vocatur שָׁמָאֵל *angelus Sammael improbus, princeps est omnium diabolorum*. R. NAPHTALI q) eudem dicit שָׁרֵי המשחיתִין *מלך מלאכים על כל שרוי המשחיתין qui est super omnes principes perditionis*. Porro in talmude r) geennae princeps vocatur: שָׁר עַל הַגְּנָבָן שָׁר *frenduit in illos princeps geennae denribus suis*. Hinc si generatim & absolute Satan occurrit, is Sammael

p) in רבנן fol. Idem legitur in R. JOSEPH. 247. col. 2. Daemonum quo- BEN GERATILIA שעריו QUE princeps audit in libro אירזון fol. 1.

de vita et morte Moysi, p. 80. q) in עמק המלך f. 83. editionis IO. ALB. FABRICII. col. 2.

Vide loc. in diff. PRAESIDIS r) gemara Sanhedrin f. 52. de corpore Moysi, c. III. §. 7. p. 38. col. 1.

mael est, monentibus iudeis. Sic R. MOSES BEN MAI-  
MON: **סָמְאֵל** הוּא הַשְׁטָן וּזְהַבְּשָׂם גַּם כִּי לֹעֲנִין (ר) Sammael est ipse Satan, & per illud nomen idem significatur, sicut per nomen Nachasch. (serpentis) Immo R. ELIEZER (ר) & R. SIMEON BEN IO-  
**סָמְאֵל** חֶשֶׁךְ הַגּוֹלָן scribere non verentur: **סָמְאֵל** שְׁבָשְׁמִים Sammael princeps maximus, qui in coelis est. Quae quum ita sint, non sine causa cel. DAVID MILLIVS (ר) Plutonem, quem pagani morti inferisque praefectum credebant, cum Samimaele scite contulit. Denique & iudei Sammaelem vocant **חַרְשָׁשׁ** שְׁרוֹ שְׁלֵד impium principem Romae, vt inter alios R. BECHAI. \* Solent nempe admodum esse imperio romano iniqui, vnde id idemtidem vocant **אֱדוֹם** Edomum. Qua de re doctissimus quondam MATTHIAS FRID. BECKIVS. \*\*

## §. XVII.

Quod ad ipsum hoc nomen **סָמְאֵל** adtinet, ἀγειφον id quidem est, in talmudicis vero ac rabbinicis, praeципue quoque cabballisticis scriptis, veluti Zohare, idemtidem oc-  
cur-

- II. cap. XXX. **סָמְאֵל** מורה נבוכים (ר) in part. fine paraschae עַקְבָּת.  
 cap. XIII. פרקי ר' אליעזר (ר) in exercitatione contra Isaacum Abarbanellem de no-  
 de Baatzebub & Mipblezer, §. 28. b. minie Edom, verum eo imperi-  
 de Baatzebub & Mipblezer, §. 4. 5. p. 174 sq. um romanum & vniuersus coe-  
 \* ביאנו על החותם \* in disserr. selectarum VI zus christianorum in prophetar-  
 nae, 1673.

currit. Occurrit tamen quoque, quamvis rarius, in paraphrasibus chaldaicis, vt apud *Ionathanem Gen. III, 6. Psal. XLI, 5. Iob. XXVIII, 7.* Plerumque cum iudeis eruditis, inter quos est *IO. COCCEIVS*, \* deriuare hoc nomen solent a *סָמָאֵל* *recedens a Deo*: vt notarunt *HENR. BENED. STARCKIVS* y) & doctissimus Marburgensis philologus, *IO. IOACH. SCHROEDERVS.* z) Sunt tamen ex christianis non pauci, qui originem eius repetunt a סָמָאֵל *venenum*, & *אֱלֹהִים Deus*, vt notet *venenatum Deum*. Id quod vero multo est similius, vt, pro fastu suo, quo maiestatem quamdam diuinitatemque adficit, *Deus* quidem vocetur, sed *venenatus*: vti alias vocatur *אֱלֹהִים* *Deus alius* & *אֱלֹהִים peregrinus*, notante ven. *IAC. ELSNERO*, \*\* & simili ratione in sacris *Beelzebul dominus stercoreus* audit. Praecipua vero ratio subest, quod, instar dirae ac venenatae serpentis, veneno mortis omnes omnino mortales infecit. Ad hanc etymologiam aduldere videtur *R. ABR. SEBA*, a) dicens: *סָמָאֵל חַוָּה סְמָךְ הַמֹּרֶת Sammael est venenum mortis.*

### §. XVIII.

Alia quaedam nomina Sammaeli huic haeserunt. Il-  
lustre

\* comment. in epist. ad birco, eiusque ritibus ac my-  
sterio, Marburgi, 1725. §. 20.

y) notis selectis criticis p. 17.  
philo. exegeticis in epist. S. Paulli ad ebr. ad cap. II, 14. foed. libros, tom. II. p. 144.

p. 17. z) diff. acad. de Azazelis XVI. a) אֲרוֹן הַמֹּר ad Leu.

lustre est nomen **אַשְׁמָדָא** *Aſchmedai*, quod nunc sine **א** illo vltimo, nunc cum duplicit Iod pingunt. Significat hoc **vaſtatorem, perditorem**, a radice **מְרֹשׁ** *perdidit*. THOMAS vero GRAVIVS, b) citante IA. WINDETO, c) & MATTHAEVS HILLERVVS d) vocem hanc Persicae origini vindicare instituerunt. Quo successu, felicine an infelici, ignoramus quidem, id tamen certum putamus, nos illa deriuatione haud egere, quum ebraea sufficiat. Etsi vero qui-dam subtilius hoc nomen a Sammaele distinguere voluerint: ut plurimum tamen aequipollere videntur. Sic ex rabbiniis ELIAS LEVITA: e) atque mibi, inquit, viderur *Aſchmedai* & alio nomine *Sammael* appellatus fuisse. Sic apud talmudicos f) Salomo dicitur vermiculum **שְׂטִירָנִים** accepisse g) **מֵאַשְׁמָדָא** ab *Aſmodaeo*, rege daemoniorum, vbi & dicitur: **אֲنֵן לֹא יָדַעַנְןִי דָּלְתָא אַשְׁמָדָא שְׂדֵרוֹת יְרֻעָה** nos non scimus, forte *Aſmodaeus*, rex daemonum, scit. In chaldaica quadam h) parapbraſi Cob. I, 12. itidem **מֶלֶךְאֶרְשָׁדָה** rex daemonum vocatur. Ex quibus loquendi modis claret, quia Sammael alias princeps

D

dae-

b) adnotatt. ad Persicam euangeliorum versionem, pag. 58. a.

ler namen in der heil. bibel, p. m. 16.

c) de vita functorum statu, sect. VI. in THOMAE CRE-

e) in השׁבִי voce **אַשְׁמָדָא**.

NIL fasciculo IV opusculorum,

f) *massecheth גִּיטָּין* cap. VII. f. 68. col. 1.

queae ad bifor. ac philol. sacram spectant, p. 95.

g) Haec verba tantum in

d) erklaerungs register al-

DAN. BOMBERGII editione

inueniuntur.

daemonum vocatur, Asmodaei nomen idem cum eo valere. Hoc quoque testantur philologi summi, veluti CONSTANTINVS L'EMPEREVR, b) THEODORICVS HACKSPANIVS, i) IO. BVXTORFIVS, k) pater, DAVID MILLIVS. l) De cetero id admodum est ridiculum, quod iudeorum quidam Aschmedaeum *angelum bonum* faciant. Distinguunt scilicet inter שָׁדֵן וְהַרְאֵן שָׁדֵן עֲבוֹדָה זָרָה & diabolos idololatras, ut ostenderunt IO. ANDR. EISENMENGERVS m) & celebrerimus IAC. ELSNERVS. n)

## §. XIX.

Succurrit synonymum Sammaelis aliud דָּמָתָח *Dama*. Qua in sententia doctissimos video esse viros, IO. BVXTORFIVM o) praecipue, qui nomen, inquit, *angeli praefecti mortuis, qui mortuorum rationem habet, a silendo, quasi praefectus silentii*. In eamdem sententiam abeunt THEODORICVS HACKSPANIVS, p) IA. WINDETVS q) &

- |  |  |
|--|--|
| b) adnotat. ad R. JOSEPHI IACHIADAE paraphrasin in Danielem, cap. VIII, 5. p. 146.                           | disputationibus selectis.  |
| i) tract. de scriptorum iudaicorum usu vario & multiplici, addito R. LIPMAN סִפְרָנֶם cap. I. §. 19. p. 264. | m) entdeckt. iudenth. part. II. cap. II. p. 432.   |
| k) lexico chald. zalm. & rabb. col. 237.   | n) obseruar. sacr. in nouis foed. libros, tom. II, p. 143.   |
| l) dissert. de Baalzebub & Mipblezet, §. 3. p. 173. in   | o) lex. cit. col. 5. 10.   |
|  | p) disp. de angelorum dæmonumque nominibus, §. 45. p. 258. in eius disputationum theol. philol. sylloge. |
|  | q) de vita functorum sta-  |

& IO. A LENT. r) Hic notanter angelus, ait, *Duma*, mortuis praefectus est, illorumque tenet rationem, de quo referunt, quod totus oculus plenus sit. Nemo non ex dictis videt, haec omnia in Samimaelem quam optime quadrare. Illustris hanc in rem locus videtur, quando anonymous r) quidam iudeus ait: שֶׁר שְׁלֵג יְהָנֵם רֹמֵחַ שְׁמֵן *princeps inferni* vocatur *Duma*. Ita vero supra §. XVI. vocatus est Sammael. Licet etiam varii sint angeli, inferno praefecti, omnes tamen *ידא רֹמֵחַ* sub *Dumae potentia* & imperio esse feruntur. Sic R. SIMEON v) מלְאָךְ אֶחָד יְשַׁׁ וְשַׁׁמְוּ רֹמֵחַ הוֹתֵט מִזְוְנָה עַל חַבְשָׁתָה est angelus aliquis, cui nomen *Duma*, praefectus super animas. Qui plura de eo scire auet, is diligentissimum IO. ANDR. EISENMEGERVM x) consulat. Notatur tamen non numquam voce ipsa *geenna*, cui angelus hic praefesse creditur, ut in illo y) fatis noto: שְׁבֻעָה שְׁמַתְמַת לְיְהָנֵם שָׁאָלֵל יְהָנֵם בָּאֵר שְׁחָרֶת רֹמֵחַ טִוְתְּרוֹן צְלָמוֹת אָרֶץ *septem nominibus* vocatur *geenna*. Namque dicitur *schoel*, siue *infernus*, *geenna*, *puteus corruptioris*,

D 2 nis,

tu, sect. VII. p. 104. in THOMA CRENIO. THALI in עמק המלך f. 144 col. 2.

r) de moderna theol. iudaeo, loco. VIII. §. 16. p. 278. v) ילקוט שמעוני f. 149. col. 1. num. 906.

r) in סדר נצחון ישן x) in entdecktem iudenthum, part. II. cap. VI. p. 332. inserto IO. CHRISTOPHORI WAGENSEILII telis gneis satanae, p. 129. y) בראשirs רבה ad gen. XXIV, 67.

t) Ut loquitur R. NAPH-

*nis, silentium, lutum faecis, umbra mortis & terra infima,*  
*vbi tamen notandum, alicubi z) haec non nomina, sed*  
<sup>מֹרָוֶת לְגִינַּת</sup> *sepem gradus inferni vocari. Vi-*  
*dendus IA. WINDETVS, a) medicus Anglus, IO. A-*  
*LENT<sup>b)</sup> & laudatus EISENMEGERVS. c) In sacris similis*  
*quaedam significatio reperitur, quum דְּמוּת notat sepul-*  
*erum, vel potius locum & statum mortuorum, veluti*  
*Psal. XCIV, 17. CXV, 17. vbi tamen a quibusdam *infer-**  
*nus quoque vertitur.*

## §. XX.

Eodem modo saepe שָׂאוֹל Azazel vocatur Sammael. Nunc enim hoc nomen cum Sammaele idem, nunc diuersum esse dicunt iudei. Quod συνομίωσι id sumatur, infra cap. III. §. VI. dicemus. Quod vero etiam aliquando distinguitur, inde perspicimus, quia quatuor malorum spirituum principes atque antesignanos faciunt, videlicet סָמָאֵל שָׂאוֹל שָׂאֵל מְחֹזָאֵל Sammaelem, Azazelem, Azazel & Mechazelem: vt notant ANTONIUS GRELLOTVS, d) IO. ANDR. EISENMEGERVS e) & IO. IOACH. SCHROEDERVS. f) Non numquam alium addunt, nomine נִנְיָן Aza, vt videri potest apud R. MENACHEMVM.

Re-

- |                              |  |
|------------------------------|--|
| z) in הטורים בעל. ad.        | d) prodromo in D. Ioan.<br>Exod. XX, 6. apoc. ad cap. VII, 1. p. 91. |
| a) de vita functionum statu, | e) l.c. cap. II. p. 155 sqq.   |
| fest. II. p. m. 13.          | f) diff. acad. de Azazelis   |
| b) de moderna theol. iud.    | birco eiusque ritibus ac myste-                                      |
| cap. XIX. §. 12. p. 682.     | rio, §. 14. p. 11.   |
| c) loc. cit. p. 324.         |  |

*Rekanatensem g) & R. SIMEONEM BEN IOCHAI. b)* De-  
nique quum Pharisei *Matth. XII, 24.* Beelzebulum voca-  
bant ἀρχοντα τῶν δαιμόνων, eos Sammaelem, qui idem no-  
men retulit, indicare voluisse, persuasum mihi est.

## §. XXI.

Qui ea, quae hactenus disputauimus, sollicite expen-  
dit, facile multam hic *superstitionem* subesse persentiscit.  
Quum enim neminem mori posse iudei putant, nisi angelus  
ipsum mortis occiderit: similes mihi videntur supersticio-  
sis & inscitia laborantibus hominibus, qui sibi haud raro  
imaginantur, mortem esse skeleton quoddam humanum,  
alis instruētum, quod in una manu habeat falcem, in altera  
horologium, quodque mortem homini adlaturum, per fe-  
nestram aut aliunde intret hominemque eneget. Quis  
praeterea non videt, summam iudeorum superstitionem  
esse, quod terribilem eius formam determininent, quod canes,  
illo conspecto, v'lulent? & quae sunt alia. Singularis ve-  
ro quaedam ac praecipua in eo se exserit superstatio, quod  
si quis mortuus fuerit, aquam ex aedibus effundant. Cuius  
rei causam plerumque hanc tradunt, quod angelus mortis,  
cultrum, quo hominem interfecit, vel gladium, aqua statim  
abluat, eamque inficiat. Ne igitur hoc ea aqua, qua domi-  
vtuntur, fiat, eam effundere solent. Sic in libro quodam

D 33 ebraeo-

g) פִּרְוִישׁ עַל הַתּוֹרָה in bellum cabballisticum, chal-  
p. 36. col. 1. daice scriptum, מְרַשׁ רֹה  
b) זָהָר in ad genef. para- qui in Zohare Cremonensi-  
fcha I. p. 26. col. 4. Adde li- exstat, p. 184.

ebraeo-teutonice scripto i) haec leguntur: *ich will dir sagen, warum daß man Wasser auschütter, wann ein מֵת (Todter) ist, (im Hause) dann vor Zeiten bat man ein Horn geblasen, wann ein מֵת ist gewesen, daß man hat gemußt, daß ein מֵת ist. Dann man sagt nit gern ein boese Zeitung (Zeitung) mit dem Maul. Darum schüttet man das Wasser aus, daß die שכנים (Nachbaren) sehen, daß ein מֵת ist. Einige sagen, daß מַלְאָך הַמֹּות wasche sein Messer im Wasser ab. Andere sagen, (es geschehe) von dem סוכן (vers) wegen, ולא היה מִים והמת מרים מותה da Miriam starb, da hatten Israel kein Wasser mehr. Vide 10. BVXTORIUM. k)* Sed eiusmodi superstitione haud miranda est, quum dici haud possit, quantopere illi indulgent: *qua de re alibi 1) PRAESES.*

### §. XXII.

Nulla fabulis singulis aptior res est, quam superstitione. Ea talia alicui adscribit, quae nullo modo dici possunt. Quae alii ne per somnum quidem cogitare possunt: ea superstitosus se vidisse ait, determinat, & nescio quae, addit. Clarissima huius rei exempla suppedant superstitionis, ut eos modo vocauimus, iudei, qui, ut solent, integrum hanc de angelo mortis doctrinam fabulis repleuerunt, quas quod referamus, nemo nobis vitio vertet, cum iudeorum

i) ספר מנהיגין fol. 13. col. 2. ca de varia indole interpretum script. sacr. Ienae moderate ven. IOAN. GEORGIO

XXXV. p. m. 435. WALCHIO habita, cap. I. ad. 1) exercit. philol. theologi- §. 5. p. 13 sqq.

orum fidem scire nostra intersit, ac summi insuper theologi  
eas retulerint, ut IO. CONR. DANNHAVERVS, <sup>m)</sup> IO.  
AD. SCHERZERVVS <sup>n)</sup> & IO. GYL. BAIERVS, <sup>o)</sup> pater.  
Audiamus tantum totam de mortis, quem fingunt, pro-  
cessu, fabulam, ex talmude <sup>p)</sup> repetiram, & me vera di-  
xisse, inueniemus: אמרו עליון על מלאך המתות שכלי  
מלאך עיניהם בשערת פטרומו של חלה עומר מעלה  
מראשותיו וחרבו שלופה בידיו וטיפה של מרוח תוליה  
בז כין שחולה רואה אותו מזרעוע וופחה פיו זורקת  
לתוכה פיו ממנה מת מצרית ממנה פנו מורקוט  
*Tradunt de angelo mortis, ipsum totum esse oculatum. Quum-  
que adest hora mortis aegroti, stat a cervicalibus eius, manu  
strictum tenens gladium, a quo guttula fellis pendet. Quando  
autem aegrotus illum conspicit, contremiscit et diducit os.  
Tum angelus mortis guttam illam fellis immittit in os eius,  
ex qua moritur, foecorem contrahit et vultus eius flauescit.*  
Sic porro nugantur, nullum mortis angelum uno plures  
homines occidere. Sic enim R. NATHAN. SPIRA: <sup>q)</sup>  
יש מלאך אחר לכל נפש ונפש ומדרגות כל מלאך  
ומלאך כפי הראוי למדרגה מעלה הנפש שחולך ליטול  
וآخر

<sup>m)</sup> ὁδοστόφιας χριστιανα, זורה cap. I. fol. 20. col. 2. aut  
phaen. XI. p. 716.

<sup>n)</sup> system. theol. loc. XIX. §. 3. p. 543.

<sup>o)</sup> diss. theol. de agone mor-  
tis, seu de iudicio hominis mo-  
ribundi, §. 26.

<sup>p)</sup> gemara Babyl. שבורה

טוֹב דָּאָרֶץ fol. 32r  
col. 4.

וְאַחֲרֵ שָׁנֶת אָתוֹ הַמֶּלֶךְ אֶת הַנֶּפֶשׁ וּמִסְרָר בֵּיד הַמְמוֹנָה  
שְׁלַחוּ אָז אָתוֹ מֶלֶךְ בֶּטֶל מִן הַשּׁוֹלֵם כִּי לֹא נִבְרָא  
*singulis animabus singulis praefecti sunt angeli, qui gradibus differunt, secundum gradum excellenter animae, quam (angelus) abducit. Postquam vero eam abduxir angelus & tradidit sibi praefecto, (Gabrieli aut Sammaeli) a quo missus fuerat, tunc ipse angelus aboletur de mundo, quia ad unam tantum animam abducendam creatus fuit.* Praecipue futile admodum est fabella de R. Iosua ben Levi, qui per stratagema acceperit cultrum ab angelo mortis & sic viuus in paradisum venerit. Habet eam 10. ANDR. EISENMENGERVS, r) linguarum orientalium olim professor Heidelbergensis doctissimus, apud quem etiam fabellas, qui plures desiderat, vbertim inueniet. Non dissimilis illi ea est, quam de Mose, mortem detrectante eamque ob caussam cum Sammaele certante, referunt: אמר (r) לו הקדוש ברוך הוא לסתיאל בא והבא נשמהו של משה: מיר שלך חרבו מחרטו; ועמד על משה; מיר קצף עליו משה גמל את המתה בירוי שחקוק בו שם המפורש: ופצע בנו בסטיאל בכל כחו עד שנס מלפכו; ורץ אחריו בשם המפורש: ונטל קרז הורו מבין עיניו dixit ad Sommaelem Deus O. M. abi & adduc animam Moysi. Tum statim euaginavit gladium suum & ad Mosen accessit. Illico Moses, ipsi iratus, accepit bacu-

r) im entdecktem iuden- deram. Confer PRAESIDIS  
tbum, part. I. cap. XIX. p. 869. diff. de corpore Moysi, c. III. §. 9.

(r) in דברים רבה f. 302. p. 40.  
col. 3. 4. edit. Francof. ad O-

baculum, in quo scriptum erat nomen explicatum, (Iehoua) & percussit Sammaelem tortis viribus, donec fugeret ab eo & curreret retrosum, ob nomen explicatum. Et accepit (Moses) cornu gloriae suae, quod inter oculos erat, & excœauit oculum eius. (Sammaelis)

## §. XXIII.

Eodem modo de Sammaele, principe angelorum mortis, dici non potest, quam multa passim nugentur foecundi hi fabulatores. Cuiusmodi sunt, quae de vxoribus eius ac pellicibus tradunt, indigna profecto, quae referantur. Similiter lepra ipsum adfectum ferunt. Aiunt etiam, sacrificium, quod cultro, fissuram habente, macstatum fuerit, non posse offerri, sed Sammaeli cedere. Namque R. IESCHAIA <sup>t)</sup> ait: שׁוֹחֵת הַנֶּפֶשׁ בְּסִכְנָה בְּאַתָּה quod macstatio animae (corporis bestiae) cultro fissuram habente sit Sammaelis. Sunt quoque, qui eum ex septem illis angelis vnum faciunt, qui coram domino stent, & certo die ipsi ministrent. Id quod faciant die solis Raphael, die lunae Gabriel, die Martis Sammael, die Mercurii Michael, die Iouis Hidkiel, die Veneris Hanael, & denique die sabbati Kephariel. Ita numerat b. GEORG. IO. HENCKE. v) Negari tamen haud potest, alias aliter rem narrare. THEODORICVS enim HACKSPANIVS x) quatuor tantum habet, Gabrielem, Michaelem, Vrielem & Raphaelem. Scilicet

E fo-

<sup>t)</sup> in שְׁנָיו לִיהוָה הַבְּרִית cap. II. §. 2. p. 16. f. 106. col. 2.

<sup>x)</sup> tract. de usu librorum

v) introd. hist. philol. ad rabbin. cap. III. §. 57. p. 445. libros apocryphos veteris te-

solent iudaei sibi non semper constare, ut iam videbimus.

§. XXIV.

Iam visum fuit, quaedam ad diiudicandam hanc sententiam monere. Quod vulgo dici solet, mendacem oportet esse memorem: id & in nostros cadere iudeos, eorumque varia de angelis mortis mendacia, illi omnino patebit, qui paullo adcuratius eorum scita examinauerit. Error enim, quemadmodum in se valde est obscurus, sic cum alio errore facilis negotio potest commutari. Vnde, puto, factum est, quod tot contradictiones, vti rebus in aliis, sic in hac materia, admittere soleant ebraei. Sed ad rem ipsam veniamus. Vidimus supra, adserere eos, ex gutta fellis, a gladio dependente, diem suum obire aegrotum. Eorum vero alii statuere, gladio ipso, quo armatus sit angelus, guttur humanum iugulari. Iam ipsi talmudistae hoc dubium aliqua ratione videntes, ad id respondere voluerunt, quo successu, videbimus. Verba eorum haec sunt: אמר (ו) מנה מה בימא פליגנא דאבא דרשמאן ראמא אבאה דרשמאן אמר לו מלך הארץ אי לא דחוישנא לкриת דבריו היא הוא פרעניא בית רשותה כבהתה dicebat רילמי החיה טיפה מהחכח לחו לסיינן Mar, hominem ex guttula fellis, sibi in os immissa, mori. Anne ergo adfirmabimus, pugnare hoc ipsum cum asserto patris Samuelis? Dixit enim pater Samuelis: angelus mortis ad me dixit: nisi ego rationem haberem dignitatis Bareiriae, deaudorem locum mortificationis tamquam in bestia, (nunc sequitur)

(y) in gemara Babylon. 2. in GE. ELIEZERIS ED-  
cap. I. f. 20. col. ZARDI editione p. 164 sq.

tur responsio) forte illa ipsa gutta fellis non numquam fauces homini abscondit. Quis vero non viderit, ineptam esse hanc dubii solutionem? Etenim si fauces aliquando gladio iugularentur, hoc videri posset. Nunc vero nemo simile quid obseruavit. Igitur, quod cuincere volui, contradic̄tio hic est aperta. Sic quando eos determinare volunt, in quos nullam potestatem exercuerit angelus mortis, admodum itidem sibi contradicunt. Nunc enim sex, nunc nouem, nunc tredecim numerant, nunc alios quoque omitunt, alios addunt. Videri & expendi possunt loca apud IO. ANDR. EISENMEGERVM 2) extantia. Similiter supra audiimus, eos adserere, quod, qui extra sanctam terram moriantur, per Sammaelem vita priuentur: id quod & saepe suorum exemplis illustrant; alibi vero profitentur, ipsum nullam in iudeacos habere potestatem. Ita enim aiunt: *אֵלֹהִים בְּבָבֶל קָרְאָה כָּבֵד הַמּוֹתָה וְאָמַר לְנָזְרָאָרְךָ עַל פְּנֵי שְׁעִירָה אָוֹתָךְ קָוְתָמְקָרְטוֹר עַל הַבְּרוּיּוֹת אֲזַנְךָ לְפָנֵי נְסָק בְּאוֹתָה זוּ לְמַה שְׁחַן בְּנֵי חֶדְרָבְנִית אֲחָם לְהַלְלָה* Deus O. M. vocauit angelum mortis, dixirique ipsi, etiam si feci te nosmorgatreg (principem huius mundi \*) super creatas res, nullum tamen cum populo hoc negotium habebis.

E 2

bebis.

2) im entdecktem iuden-thum, part. I. cap. XIX. pag. 864--867.

a) in רבָּה וַיָּקָרָא f. 15 r. col. 1. alibique saepius. Vid. IO. ANDR. EISENMEGENGAVM l. c. p. 863.

\* Sic & in sacris diabolus nosmorgatreg Eph.VI, 12. vocatur. Praecipue Valentianii id fecerunt, vt ostendit PET. DAN. HVETIVS, obseruat. Et notis ad ORIGENIS commentaria, f. 108. a.

*bebis. Quare? quia sunt filii mei. Illud est, quod relatum legitur (Deut. XIV, 1.) vos estis filii Iebouae, Dei vestri. Plures addere possemus contradictiones, sed paginae angustia id prohibet. Id tamen addimus, eos modo dicere, Sammaelem in ipsos per omnes dies 364. habere potestatem, non vero die expiationis, modo numquam ipsum iis licentiam aduersandi habere, sed tantum die expiationis, si in iis peccatum fuerit. Loca vide c. III. §. VI.*

§. XXV.

Sed forte omnia haec de angelo mortis *parabolice* intelligenda sunt? Ita putant quidam, inter quos succurrunt THEODORICVS HACKSPANIVS. b) Intelligere eos putat, satanam animam agentibus solere admodum esse noxiun & prauas suggerere cogitationes. Vnde quod de gladio dicunt, explicat per τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα, vt Paullus Eph. V, 16. loquitur. Etiam IO. AD. SCHERZERV c) refert, quosdam ita rem hanc exponere iudeos, quamquam, inquit, eruditiores haec non nisi mystice exponant. Per oculos enim neminem esse tutum a morte: per fellis guttulam eius amaritudinem significant. Sed hanc sententiam suam haud facit. Haec vero gratis adseri, tot iudeorum de angelo mortis narrationes, tot speciales circumstantiae, quae numero fere sunt infinitae, & omnium optime apud IO. ANDR. EISENMENGERVM d) vide-

b) *disp. de angelorum daemone nominibus*, §. 43. c) *system. theol. loc. XIX. in sylloge disputationum theol. philol. p. 257.* d) *im entdeckten judenthum*,

videri possunt, euidenter loquuntur. Praeterea vereor ego, ne, si eiusmodi fabellae commodam admittant interpretationem, quidlibet ex quolibet effungi, & integer paene talmud orthodoxe explicari queat.

## §. XXVI.

Nescio fere, an operae pretium facturus sim, si iudeorum hanc de angelo mortis sententiam sub adcuratius examen reuocem, & quid in ea verum, quid falsum sit, exponam, quum nemo non id facile possit cognoscere. Quod verum ibi inuenimus, huc fere reddit. Inter alias denominationis caussas haec etiam §. VII. numerabatur, quod angelus hic mortis humanae caufa fuerit, mortemque in mundum introduxerit Dein & hoc largimur, quod quamdam mortis potestatem habeat diabolus, ut dicit apostolus *Ebr. II, 14.* Postea in aprico est, quod, vti angeli boni animas piorum ad caelestem vitam, dicente Christo, *Luc. XVI, 22.* transportant, sic & vi oppositionis, improborum animas infernis locis tradant mali genii. Quum etiam perhibent iudei, malos hos angelos punire homines; omnino hoc non numquam, veluti in Iobo, factum nouimus. Et hinc quoque haud raro *litteres Dei* nominati sunt, dubito vero, an recte. Rectius alii ex sacris litteris obseruarunt, idemtideum Deum aut immediate, aut mediantibus angelis bonis, punire homines. Obseruarunt hoc b. IO. GERHARDVS, e) theologus vere magnus, & GE. MOEBIUS, f)

E 3

Deum

zbum, tum alibi saepe, tum in primis part. I. integro cap. XIX. p. 854 sqq.

e) comment. in gen. p. 124.

f) diff. de admiranda Dei

viii.

Deum bonorum spirituum ministerio in malis poenae infligendis vti. Quod vero angeli, quotiescumque homo aliquis moritur, mortem adferant, quodque hoc ea, quam fingunt, ratione fiat, id vero est, quod omnino pernegare debemus. Praeterea quum Deus nobis constituit vitae terminum, pro naturae nostrae, & virium, ab ipso datarum, ratione durantem: nemo non videt, mortem adesse, hic si effluixerit. Vnde Deus, tamquam vitae nostrae dominus & auctor, mortis quoque naturalis causa est, non angelus, multo minus diabolus.

### §. XXVII.

Posteaquam igitur, quae iudaicorum de angelo mortis mens sententiaque fuerit, disputatum est: restat, vt, quid Mubammedani de eo sentiant, breuiter strictimque exponatur. Ante omnia monendum, eos eamdem hanc sententiam a iudeis fuisse mutuatos. Notum enim est, & multis exemplis comprobatum, eos iudeorum (perinde vti christianorum) simias dici rectissime. Observatum hoc est a viris harum rerum doctissimis, THEODOREO HACKSPANIO, & AVGVSTO PFEIFFERO,

vindicta, c. IV. §. 6. in selectis rescunt, ut quascumque fabulas iudeicas in alcoranum relatas videamus. Id quod ex g.) tract. de usu scriptorum iudaicorum, cap. II. §. 73. instituto demonstravit cap. p. 343. a iudeis, inquit, III. sect. III. integra, agente antiquis & quam plurima pertinere & tantopere illis adhaerere de usu scriptorum iudaicorum in adcuratiore alcorani tractatio-

RO, b) ABR. HINKELMANNO, i) IOAN. ANDR. EISENMENGERO, k) GEORG. ELIEZ. EDZARDO, l) & praecipue, qui magna hoc egit industria, DAVIDE MILIO. m)

## §. XXVIII.

Sed ut e diuerticulo in viam redeamus, Muhammedis pseudoprophetae de mortis angelo cum iudeis consensum ostenderunt rerum Muhammedanarum tractatores praestantissimi. Ex quibus primo loco nominamus PHILIP. PVM GVADAGNOLVM, n) theologiae olim & arabicae

lin-

Elatione & diiudicatione dog-  
matum, p. 486. Adde eius  
diss. de angelorum daemonum-  
que nominibus, §. 15. in syllo-  
ge diss. theol. philol. p. 240.  
vbi quoque monet, IO. ALB.  
WIDMANSTADIVM, ICtum  
celebrem, hoc olim iam mo-  
nuisse in notis ad theol. Mu-  
hammedis.

b) praefat. praemissa the-  
ol. iudaicae atque Muhamme-  
dicæ principiis.

i) praef. alcorano praesi-  
xa, litt. D. col. 2.

k) im entdeckten iuden-  
thum, part. II. cap. VIII. pag.  
443 sqq.

l) notis ad tract. talm.  
quodasara, num. X. p. 184. &  
n. XVI. p. 187. n. CV. p. 260.  
n. CXXXIV. p. 287.

m) dissert. de Muhamme-  
dismo ante Muhammedem,  
quæ X est inter eius dissert.  
selectoras, p. 301 sqq.

n) apologia prochristiana  
religione, contra ACHMED.

IBN ZIN ALABEDIN, Per-  
sam Ispahensem, (quo libro  
se aduersus Muhammedistas  
meliorem haud esse conspi-  
catum ait HACKSPANIVS tr.  
de usu librorum rabbin. lib. II.  
§. 73. l. 343.) tract. II. cap. II.  
sect. II. p. 167.

linguae professorem romanum, AVGVSTVM PFEIFFERVM, o) GEORGIVM ELIEZEREM EDZARDI, p) IO. AD. SCHERZERVVM, q) CHRIST. HENR. BROEMELIVM, r) & DAV. MILLIVM. s) Ipsam denominacionem huius angeliacab ebraeis desumfit Muhammed, siquidem eum vocat מֶלֶךְ אֱלֹהִים angelum mortis. Videamus quaedam loca corani. Sura XXXII. v. 12. ex editione LVD. MARRACII, V. II. ABR. HINKELMANNI: *Dic, extrahet e vobis spiritum (animam) angelus mortis, qui vobis est praefectus, tum ad dominum vestrum reducemini.* Sic Sura XVI. v. 32. M. 34. H. illis, quos morti tradent angeli boni, dicent: *pax super vos, ingrediemini paradisum ob id, quod fuistis operati,* & v. 28. M. 30. H. quem ita vertit MARRACIVS: *illi, quos morti tradent angeli, iniquos contra animas suas, offerent concordiam (in articulo mortis, dicentes) non fecimus quidquam mali.* (Sed respondebunt angeli: fecistis utique. Certe Deus est sciens in eo, quod operabamini. Quum paullo aliter hunc versum reddat EDZARDI, t) eius versionem addemus: *illi, quorum animam e corpore extrahent angeli, (mortis) ita ut iniuria adficerint se ipsis, (in hac vita, peccando proeretice) attrahent*

o) *prefat. cit. num. 5.*

p) *ad tract. talm. auoda sara, adnotat. num. 205. pag.*

339. qui idem legi monet in dialogo Muhammedis cum

*Abdia iudeo, p. 118 sq.*

q) *System. theol. loc. XIX.*

§. 3. pag. 543.

r) *diff. philol. de angelo extimatoro, §. 30.*

s) *diff. citat. §. 48. pag. 394 sqq.*

t) *loc. cit. p. 339.*

*buent quidem (sive impertient) pacem, (scil. angelis illis, id est, salutabunt eos dicentes) non sumus operati quidquam mali, cet. Denique quum Sura LXXIX. v. 1. iurare Deus fingitur per abstrahentes, scilicet angelos, ad adserendam dam resurrectionem, MUHAMMED hos rursus angelos intelligit. LVD. MARRACCIVS v) angelos exponit, qui violenter extrahunt in morte e corporibus animas peccatorum. Quumque v. 2. dicitur per leniter protrahentes cum facili tractatione, itidem ex mente commentatorum Muhammedanorum eos innui putat, qui placide & leniter educunt e corporibus animas iustorum. Id quod itidem iudei statuunt, violenter extrahi animas ex improbis, ac leniter ex piis, vt supra §. XI. monitum.*

## §. XXIX.

Denique illam *הַבּוֹת הַכָּבָר fustigationem sepulcralem*, quam iudei fingunt, adoptarunt quoque Muhammedis discipuli: vt iam obseruarunt PHIL. GUADAGNOLVS, x) EDWARDVS POCOCKIVS, y) LUDOV. MARRACCIVS, z) CHRISTIAN. HENR. BROEMELIVS a) & DAVID MIL-

F

LIVS,

v) *notis ad h. l. in alcora-* VII. pag. 241 seq.  
*no, f. 777.*

x) *apol. pro christ. religio-* z) *prodromo ad refutatio-*  
*ne, tract. II. cap. III. sect. III.* nem alcorani, part. IV. p. 120.  
p. 206.

y) *adpendice notarum mi-* a) *de angelo exterminato-*  
*scellanea ad R. MOSIS MAI-* re diff. philol. §. 30.  
*MONIDIS portam Mosis, cap.*

LIVS, b) Rem ipsam ita narrant. Esse duo angelos, *Monker & Nakir*, quos *duo exploratores* vocant, quibusque, perinde ut iudei, admodum horrendam speciem adtribuunt, praeterea eos nigros, liuidosque aiunt, & ingentia monstra esse credunt. Hos putant interrogare: *quis est dominus tuus, quae tua religio, quis tuus propheta?* Si recte respondeant, eos placide obdormire putant, & haec verba audire *Sura XLI. v. 30.* existantia: *ne timeatis, neque contristemini, sed laetemini in paradiſo, qui vobis est promisſus.* Sin minus recta dederint responsa, fustibus eos excipi horrendum in modum: quod *tormentum sepulcri* vocant. Sic enim *Sura VIII. v. 53 M. 52 H.* & *si videres, quando morti tradunt eos, qui fuerunt infideles, angeli, percutiunt facies & dorsa eorum (fustibus ferreis dicturi) gustate poenam combustionis.* Praeterea, vti iudei geennas quosdam praefectos aiunt angelos: sic Muhammed eiusmodi praepositos geennae & tortores statuit *Sura LXVI. v. 6.* vbi generatim eorum mentionem facit, *Sura vero LXXIV. v. 30.* nouendecim numerat. Conf. *Sura XL. v. 50.*

### §. XXX.

Denique ex christianis an quidam hoc statuant, nescimus. *Aerbiopes* nomine quidem מַלְאָך מֹת angelum moris habent, adeo ut etiam *Ej. XIII. 21.* in eorum versione exstet; non vero eamdem vocibus his sententiam subiiciunt, quam quidem iudaci ac Muhammedani intelligunt. Scili-

---

b) *dissert. selectarum Xde bammedem, §. 48. p. 394.*  
*Mubammedismo ante Mu-*

Scilicet aethiopes de *spēctrīs & phantasmībus*, quae circa moribundos videri credunt, aut potius metu & imaginatio-  
ne homines fingunt, hanc denominationem sumunt. Vo-  
cant illa etiam ~~—~~<sup>—</sup>~~υψη~~. Vid. IOBVS LVDOLFVS, c) qui  
alibi d) etiam refert, in libro quodam aethiopico e) ora-  
ri, ab omni cacodaemone, qui insidiatur hominibus, a lamis  
filuerib[us] &<sup>z</sup> angelō mortis &<sup>z</sup> ab omni vi daemonum libe-  
ra me.

## §. XXXI.

Ex doctoribus christianorum priuatis succurrit au-  
tor quidam *commentarii in Iobum*, ORIGENI vulgo tributi,  
qui tamen, si adecuratius illum consideres, neutiquam ipsi  
potest adscribi. Etsi enim Iobum multis homiliis exposuit  
ORIGENES, vt edocet PET. DAN. HVETIVS, f) minime  
tamen aetatem tulerunt. Qui hodie in latina (in graeca  
enim HVETII editione non reperitur) operum editione  
exstat *commentarius*, emendatum ORIGENIS nomen ha-  
bet, vt pluribus ostendere ANDR. RIVETIVS, g) ROB.  
COCVS b) & laudatus HVETIVS. i) Quidquid sit,

F 2

ex-

c) lexico aethiop. lat. col. *sacras scriptur. commenta-  
riis.*

593.

d) l. c. col. 515.

g) critico sacro, l. II. cap.

e) organo musicō b. Mariae XIII. p. 220 fqq.  
virginis, in MSto.

b) censura quorundam scri-

f) in *Origenianis* l. III. c. ptorum, p. 132 fqq.  
II. sect. II. §. 2. f. 240. prae-  
i) l. c. l. III. adpendic. §. 2.  
missis tomo I. ORIGENIS in f. 273.

expressis auctor ille *angeli mortis* mentionem facit, quo de dubitate nos haud finunt ipsa verba, omnino adducenda: ab hoc, inquit, k) venisse dicitur diabolus, tamquam angelus mortis, tamquam angelus poenas irrogans atque exspectans, quando illi, qui poena digni sunt, ei tradantur & deputentur poenae atque perditioni, sicut ille, de quo dicitur, tradere eiusmodi satanae in interitum carnis, i Cor. V. Sicuti enim illi, de quibus dictum est, quos tradidi satanae, ut discant non blasphemare, (II Tim. IV.) omnes enim facinorosi, infideles, impii, iniusti, isti omnes malignis arque pessimis diabolii angelis traduntur, ac deputantur illis, de quibus dicitur: misit in eos iram indignationis, immissiones per angelos malos. Quod si ORIGENI hic liber vindicari posset, causam indicaremus, vnde nam hanc de angelo mortis sententiam hauiisset, videlicet ex ebraeis ac cabbalisticis iudeorum scriptoribus, quos ab ORIGENE lectos fuisse, euicere voluit IO. BXV TОР FIVS, I) filius. Sed nec hoc extra controveriae aleam est possum, quum argumenta adlata id minime conficiant. Magnus quoque HVETIVS m) ORIGE-

NEM non eximie in lingua ebraica versatum fuisse  
putat.

k) lib. I. citante reu. CHRI- calium & accentuum in libris STIANO HENR. BROEME- vet. test. origine, antiqu. & au- LIO diss. philol. de angelo ex- etiorit. part. I. c. XI. p. 167.  
terminatore, §. 21. m) loc. cit. lib. II. cap. I.  
I) tract. de punctorum vo- fol. 26. a.

Ani-

\* \* \*

**A**NIMUS quidem erat, *beneuole lector*, duo capita, quo-  
rum & frequens facta est mentio, alterum de scripturae  
locis, qui aliqua, alterum, de iis, qui nulla ratione ex  
bac sententia possunt illustrari, dissertationi huic subne-  
ctere. Sed quum praeter spem atque opinionem ex-  
cresceret dissertatio, ita ut, si integra adponeretur, tra-  
status paene speciem esset relatura, reliqua duo capita in  
aliam reseruare occasionem vixum fuit. Accessere qua-  
dam aliae circumstantiae, & instans cum primis PRAESI-  
DIS iter, quae tacere nos in praesens insserunt. Quum  
itaque haec caussae sint grauissimae, bona, speramus,  
*lectorum venia*, filum in praesens abrumpemus.

NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
**SAMVELI GERLACHIO**  
DEFENSORI DISPVNTATIONIS STRENVO

FAVTORI ATQUE AMICO SVAVISSIMO  
S. P. D.

P R A E S E S.

**PRAECLARE** illi res suas instituere viden-  
tur, qui, in academiis viuentes, prode-  
unt in lucem, &, quos in studiis fecere pro-  
gressus, in publico eruditorum confessu, va-

riis progymnasmatisbus, palam, omni ta-  
men cum piae mentis significatione, osten-  
dunt. Neque enim illi se umquam proba-  
bunt, qui in tenebris latent, nec in erudi-  
torum conspectum se conferre audent, quo-  
rum scire, ut scite veteres monuerunt, ni-  
hil est. Quocirca in TE, multo carissime  
GERLACHI, habeo, quod amem ma-  
xime atque suspiciam. Postquam enim per  
tempus haud exiguum Musis nostris operam  
nauasti diligentissimam, indeque praestantis-  
simum sapientiae & eruditionis thesaurum,  
veluti in bonarum artium mercatura, TIBI  
comparasti: omnino facis rectissime, quod  
dissertationem quamdam, eamque philo-  
logicam, doctiorum examini, tradere con-  
stitueris. Quam ob caussam me ex Fride-  
riciana nostra prius discedere noluisti, quam  
meum TIBI ad habendam hancce disserta-  
tionem praesidium commodauisse. Id  
quod non potui non laetissimo facere ani-  
mo, tum quod persuasum habeam, eximia  
& ad hanc exercitationem necessaria do-  
ctrina TE esse excultum, tum quod de vita  
TVA, bene pieque, & cum omnium bono-  
rum laude, huc usque peracta, satis super-  
que

que constet. Meum igitur est , de hoc indefessae diligentiae specimine tibi quam humanissime gratulari , vtque omnia feliciter fluant, toto animo vouere. Ma<sup>c</sup>te,  
GERLACHI politissime , hac TVA doctrina egregiisque, quibus deditus semper fuisti, virtutibus. Nullus profecto diffido, quin si eadem ratione perrexeris, (quod te facturum scio ) sacrum illud & arduum munus, cui te destinauisti, optima aliquando ratione exornes. Idque est, quod a patre caelesti summis precibus peto atque contendō. Vale , & mei , quaeso , memor semper viue. Iterum vale! Dabam d. XI. Septembris, anno epochae christianaē

CC CI CI XXXII.



des coniugis. Merito justitiae est, ut hoc in  
debet et diligenter becunione illi datus pro  
multo tempore et strenua. Aetate omnis leticie  
ter fuisse, vero studio vero tecum. Vnde  
GERTRUDI boviduum, p. 1. q.  
qui non tam effigie, sed ipsius designio (quod  
est in aliis) p. 1. q. Vnde p. 1. q.  
ob diuinitatem vestram et nomen beatis (dico  
te festinatum tibi) felicem illud & suum  
nomen, cui te deo fiasum, obitum spissum  
et si fons exortus est. Ihesus te, domine a be-  
nefacto et misericordio beato studie con-  
sumat. Amen. q. 1. p. 1. q.  
p. 1. q. 1. p. 1. q.





Te 2608



gr

Retro ✓





# מלך המורה

DISSERTATIO PHILOLOGICO - HERMENEVTICA

*D E*

# ANGELO MORTIS

EX MENTE

EBRAEORVM AC MVHAMMEDANORVM  
AD QVAEDAM SCRIPTVRAE LOCA VEL ILLVSTRANDA  
VEL VINDICANDA  
PRAECIPVE EXOD. XII, 23. PROV. XVI, 14. EBR. II,  
14. TOB. III, 8. APOC. IX, 11.

*VARIIS OBSERVATIONIBVS ILLVSTRATA*

Q V A M

PRAESIDE  
ERNESTO FRIDERICO  
NEVBAVERO

ORDINIS PHILOSOPHORVM IN REGIA FRIDERICIANA  
ADHVC ADIVNCTO

IAM VOCATO ANTIQVITATVM LITTERATVRAE GRAECAE  
ET LINGVARVM ORIENTALIVM IN ACADEMIA GIES-  
SENSI PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO

*AD D. SEPTEMBRIS*

VOLENTE DEO

PUBLICO DOCTORVM EXAMINI SVBIICIET

SAMVEL GERLACH

POTSDAMIENSIS

SACRARVM LITTERARVM CVLTOR

HALAE MAGDEBURGICAE A. O. R. CIO IOCC XXXII.

TYPIS IO. CHRISTIANI HENDELII ACAD. TYPOGR.